



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

V. Liceat ne lucrum saluo capitali in societate comparare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

consequentiā, scilicet enim est quod vsum & commoditatē pecuniæ præstare aliis si pecuniæ proprietatem communicaret, nulla æqualitas in contractu societatis seruaretur, siquidem pecuniā præstans amitteret pecuniā vsum, & commoditatē tempore societatis, & insuper dimidiā partē proprietatem, cum tamen apponens industriam nihil amitteret, siquidem industria amissa sufficienter parte pecuniæ denuo acquisita compensaretur. Ad tertium, cum singuli pecuniā, & industriam apponunt, communicant vsum illius, & proprietatem, quia seruatur æqualitas, & quia vix detrimentum pecuniæ distingui poterit cuiusnam fuerit. Secus cum vnus conferat industriam, & alter pecuniā. Ad quartum constat æqualitatem seruari, tamen si proprietatem pecuniæ non communicetur, sed tantum vsum & commoditas.

PUNCTVM IV.

Cum alter pecuniā, alter industriam conferat, & pecuniā perit maximè ante operas exhibitas, num iactura communis sit, an tantum pecuniā apponentis?

- 1 Prima sententia asserit communem esse iacturam.
- 2 Secunda distinguit.
- 3 Tertia alio modo distinguit.
- 4 Quarta & probabilior asserit pecuniā conferenti perire.
- 5 Oppositarum sententiarum rationes diluuntur.

Quadruplicem sententiam hac de re refert Fachinæus lib. 2. *controuerf. c. 96.* Prima est Saliceti, & Fulgosi post Oldradum, in *leg. 1. Cod. pro Socio.* asserent vnum communem esse iacturam. Ducuntur, tum ex *leg. Cum duobus §. quidam sagariam. ff. pro Socio.* vbi dicitur, damnum esse commune, ideoque pro socio actione damni partem dimidiā agnoscere debere &c. Tum ex *leg. si non fuerint. ff. pro Socio.* vbi valet pactum ne conferens operas iacturam pecuniā sentiat. Ergo seculo hoc pacto sentire illam iacturam debebat. Tum ex æqualitate seruanda in societate. Nam si conferens pecuniā non solum illius vsum, & commoditatem perdit, sed etiam ipsius pecuniæ proprietatem, grauiori iactura se exponit eo quia solum conferat industriam: cum autem in societate omnia debeant esse æqualia, conferens industriam sustinere debet pecuniā iacturam.

Secunda sententia est Petri Perusini, & Lyni in *d. leg. 1. Cod. pro Socio.* Maioris in *d. d. 1. §. 4. 7. §. ex dicta. Conradi. q. 93. cool. 3.* distinguunt aut pecuniā perit ante operas exhibitas, vel post. Si ante operas exhibitas communis erit iactura: at si post iactura erit solius apponentis. Mouentur, quia loco pecuniæ expensæ opera promittuntur. Ergo hæc exhibitæ non sunt vel exhiberi debent, vel aliunde earum exhibitio compensari aliis daretur in æqualitas.

Tertia sententia est plurimum quo refert, & sequitur Socius Senior *cons. 265. lib. 2.* Conarrui. *3. var. c. 2. m. 2.* distinguunt, si industria æquale non solum vsum, & commoditatem pecuniæ, sed illius proprietatem, nulla est communio in occasione, cum iactura pecuniæ sufficienter industria compensetur. At si industria solum æquale vsum, & commoditatem pecuniæ, diuidenda iactura erit, ne conferens pecuniā grauius damnum sustineat.

Quarta sententia quam merito ipse Fachinæus *d. c. 96.* probabiliorē reputat fuit Accursi. Bart. Angel. Castrensi. Baldi in *d. leg. 1. Cod. pro Socio.* necnon Nauarr. *cap. 17. n. 2. Syluestri verbo societas 1. q. 6.* Ludonic. Lopez *lib. 1. cap. 64.* Rebell. *2. q. de obligat. lib. 1. §. 9. 1.* Lessij *lib. 2. cap. 2. d. 2. post med. asserentiam pecuniā conferenti perire. Mouentur tum auctoritate Glossæ, in *leg. si non fuerint. §. solus ff. pro Socio.* vbi inquit, si pecuniā in societatem collata perdat non esse periculum commune, sed solius collatoris (nisi hoc ipsum in pactum deductum sit) quemadmodum nec si alter qui operas præstas esset communis. Tum quia res suo domino perit, *leg. pignus. Cod. de pignorat. act.* At pecuniā non est conferentis industriam, vt *superiori pun. diximus.* Tum quia seruari potest æqualitas, tamen si pecuniā domino pecuniā percat, siue operas sint exhibitæ, siue non, siue pecuniā superet operas, siue non superet. Nam æqualitas in societate non desumitur ex euentu contingenter futuro, sed ex spe lucri, & periculo damni quibus socij exponuntur. At hæc æqualitas esse possunt, tamen si pecuniā præstanti illam percat: potuit enim periculum amittendi pecuniā vsum, & commoditatem illius æquialere, periculo amittendi operas, & est illud periculum operarum amissionem exerceat compensari sufficienter posset spe maioris lucri, si lucrum contingeret. Non igitur debet conferens operas pecuniā iacturam sustinere.*

Hinc argumenta oppositarum sententiarum facile dissoluntur. Ad *leg. cum duobus. §. quidam.* respondeo loqui Textum de societate, in qua vtique socius pecuniā apponit. *de Castro de inst. et iure. Pais II.*

fuerit. Nam cum pecuniā, & industriam conferens conferat pecuniā perdidisse, verisimile est alterum socium saltem pecuniā apposuisse. Quid ergo mirum, si damnum pecuniæ commune sit, cum non valeat distingui cuius fuerit pecuniā perdidit. Ad *leg. si non fuerint.* nego seculo pacto damnum commune esse, pactum enim præstat, vt quod sub dubio, & opinione societatis contracti inerat certum reddatur. Ad rationem autem ex probatione nostræ conclusionis respondeo negando prægrauari eum qui pecuniā apponit. Tum quia non debet spectari pecuniæ amissio quæ per accidens contingit, sed periculum illam amittendi quod periculum simul cum illius vsum, & commoditate sufficienter compensatur obligatione operas & industriam in negotiatione exhibendi. Quod si hæc obligationem illud periculum excedat compensatur abunde spe maioris lucri in diuisione obuenturi. Et per hæc patet solutio ad argumenta 1. & 3. sententiæ.

PUNCTVM V.

Licetne lucrum saluo capitali in societate comparare?

- 1 Præmittitur questio.
- 2 Proponitur negatiua sententiā.
- 3 Probabilior est affirmatiua.
- 4 Satisfici rationibus contrariis.

Ad vitandas lites cum alter socius pecuniā conferat alter operas, & industriam, solet fieri conuentio, vt conferens industriam præter conferenti pecuniā securitatem illius, & insuper aliquod lucrum concedat minus quam credit ei esse obuenturum, si societati nullum pactum additum esset. Questio igitur grauis est, an hæc conuentio licita sit, possitque conferens pecuniā securè lucrum illud comparare.

Negant Panormitan: in *cap. nauiganti de vsteris numero 11. & cap. per vestras. num. 8. de donat. inter vir. & vxor.* Abulen. in *cap. Maribus quest. 2. 26. ad finem.* Sorus. *6. de iust. q. 6. art. 2.* Anton. Gomez plures referens *2. var. cap. 5. num. 4.* Rebelli aliis relatis *lib. 1. §. 4. num. 1.* Quorum fundamentum est, quia de ratione societatis est vt locij æquè ad lucrum, & ad damnum concurrant. *§. illud. institut. de societate.* Ergo socius qui solius lucri particeps esse intendit reiecto periculo in alios non veram societatem, sed simulatam contrahit.

Deinde conferens pecuniā reiecto periculo in accipientem mutare censetur, quando quidem dominium pecuniæ in accipientem transfert, cum possit de illa liberè disponere. Quod si fidcas non posse prohibito sed solum ad negotiationem, obstat, quia inde magis grauat accipiens, cum solum in determinatum vltimo pecuniā expendere possit. Præterquam quod parum tradenti pecuniā interest, an illam negotiationi exponat, an non, cum de sua pecuniā, & lucro illius securitatem habeat, siue accipiens negotietur, siue non. Denique ex hoc contractu ostium vltius aperitur, cum petenti mutuum dicere possit. Nolo tibi mutuum dare, sed societatem in te sub eo tamen pacto, vt me de sorte securum reddas, & ob lucrum maius quod ex negotiatione probabiliter sperauerunt certum aliquod constituas.

Ceterum est hæc sententiā probabilis sit probabiliorē existimo validum esse hanc contractum, si bona fides adit. Vti docuit Angel. *verbo societas. 1. §. 7. & bi Syluest. quest. 2.* Gabriel. in *4. dist. 1. §. quest. 27. & 49.* Ludonic. Lopez *lib. 1. de contractib. cap. 65.* Nauarr. *cap. 17. num. 255.* & *lib. 1. consil. titul. de constitut. quest. 34.* Conarrui. *3. var. cap. 2. numero 1.* Valen. *2. 2. disp. 5. quest. 24. p. mit. 2.* Molin. *tract. 2. de iust. disp. 417.* Franc. Garcia de *contract. 2. cap. 67.* Tolet. *lib. 5. cap. 41.* Anglis in florib. *4. sentent. q. de societate.* Lessius *lib. 2. cap. 25. dub. 3. num. 24. & 1099.* Paul. Layman. *lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. cap. 20. numero 2.* & colligitur ex *leg. si non fuerint. ff. pro Socio.* vbi dicitur posse societatem iniri eo pacto, vt nullam partem damni alter sentiat.

Deinde in *cap. per vestras de donationib. inter vir. & vxor.* cauetur ob inopiam mariti nec valentis dare sufficientem cautionem de dote conseruanda ab eo extrahi, datici mercatori, vt ex eius lucri onera matrimonij sustententur. Quod certe fieri non posset, siiple mercator dotem securam non redderet, & insuper lucrum promitteret, nam periculum amittendæ dotis, & lucri exponeretur. Ratione verò sic probat. In hoc contractu æqualitas seruari potest. Socius namque pericula fortis sustinens, & certum lucrum promittens non præstat hanc securitatem, neque hoc lucrum promittit ex vi contractus societatis, sed ex eo quod alter socius abundantius lucrum probabiliter speratum ex societate, si diligenter socius vt tenebatur negotiationi incumberet, remittit. Ob hanc enim remissionem securitatem accipit.

& lucrum determinatum comparat. Quod certe rationi con-
sentaneum est. neque societati officit. Si enim contracta so-
cietate posset conferens pecuniam cum altero tertio conven-
tione de cedendo lucro, quod conventum sperat in ipsum ea
conditione, ut ab ipso securitatem sortis cum moderato lucro
accipiet. Cur ergo non poterit hanc conventionem cum
ipso socio prestare? Hæc ratio convincit hunc contractum
non solum ex intervallo post initam societatem, sed etiam
in ipsa societate perfici, ut præcitat Doctores supponunt
adversus Caiet. tract. 17, responsi. cap. 11. qui hunc contra-
ctum celebratum ex intervallo post initam societatem ap-
probat, reprobat verò celebratum in societatis creatione.
Nam ratio honestandi hunc contractum, quæ est cessio abun-
dantioris luci probabiliter sperati pro securitate sortis cum
moderato lucro æquè post initam societatem, ac quando ipsa
creatur procedit.

4 Neque viget contrariæ partis rationes. Ad primam di-
co locum non intendere ex vi contractus societatis, sortem
habere securam, & determinatum lucrum, sed ex alio contra-
ctu innominato qui contractui societatis ex mutuo contra-
hentium consensu annexitur. Ad secundam nego conferen-
tem pecuniam reiecto in locum periculo illius censendum
esse mutare: cum non transferat in accipientem dominium,
sicuti non transferitur in conductorem, aut commodatarium
qui rei locatæ, aut conductæ periculum in se suscipiunt. cap.
unde commodatio. & leg. 1. Digesti de depositi. Etenim pecunia
mutua liberè mutuatarius vi potest. et pecunia in socie-
tatem collata etiam posita securitate nequit socius illa uti nisi
in negotiationem. Neque refert quod inde accipiens pecu-
niam magis grauetur, quia grauat voluntariè, & ex natura
contractus societatis. Ad tertiam nego aperiti otium vsuris,
sed viam ostendi, qua quis sua pecunia lucrum aliquod honestè
comparare posset, tametsi cum aliquo periculo, nam
est mercatorum securitatem de capitali, & lucro certo præ-
stat, plerumque fortuna illo, inopes reddit, & soluendo in-
ceptos, vs latius prosequitur Lessius, qui hanc questionem præ-
cæteris doctius pertractat.

PUNCTUM VI.

Num supradicta servari possint in societate super animalibus inita?

- 1 Diversimodè super animalibus societas iniri.
- 2 An licitus sit contractus, si periculum in accipientem anima-
lia reiciat, & ipseque tibi obligetur æstimationem
solvere, & si lucrum intercesserit communicare? Resol.
natur licitum esse.

Constat super animalibus diversimodè societatem iniri.
Interdum ipsa pecora simul cum fructibus & proveni-
entibus communia facit appositi industria in eorum pastu
& gubernatione. Quo casu detrimenta utriusque communia
erunt. Interdum solum emolumenta, & fructus, ac detri-
menta communicare intendis, dominium verò animalium
eorumque periculum, ac casus fortuitos tibi referuæ. Interdum
verò hæc animalia tradis æstimata post annum vendenda.
Tum vt si fortè interim perierint culpa accipientis, sciãt
quantum debeat restituere. Tum vt eorum æstimationem
& pretium que tempore traditionis habebant primo extra-
has ex eorum fructibus, vel ex pecorum venditione, reli-
quis emolumentis cum socio communicatis. Hic contra-
ctus absque dubio licitus erit, si pecora tui periculo subsint,
neque accipiens teneatur illorum æstimationem supplere, si
absque eius culpa fuerint deteriora reddita. Sicuti docuit Syl-
uest. verbo societatis. 2. q. 2. Armilla num. 14. Navarr. cap. 17. nu-
mero 262. Reb. 1. p. de obligat. lib. 1. q. 6. num. 6. Mol. tract. 2.
disp. 42. circa fin. Layman. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. capit. 20.
num. 4.

2 Difficultas autem est, si periculum & casum fortuitum in
accipiente reiciat, ipseque tibi obligetur in quocumque
evenit æstimationem pecorum præsentem solvere communi-
catis lucro, & emolumento quod superfuert. an hic contra-
ctus liceat? Negare videtur S. Antonin. 2. p. sit. 1. capit. 7.
§. 19. Conrad. de contract. quæst. 91. Bartholom. à Medina. in sum.
lib. 1. cap. 14. §. 27. Reb. 2. p. lib. 1. q. 5. quæst. 6. num. 7. Docentur
quia perinde est ac si ea pecora tunc venderes, & illo-
rum pretium socio traderes sub obligatione lucris soluendi.
sed rectius hunc contractum ab iniquitate defendunt Petr.
Navarra lib. 3. de restit. cap. 2. num. 473. Molin. disputat. 507.
Lessius lib. 2. capit. 2. §. 5. dub. 1. in fine. Laym. dict. capit. 20. nu-
mero 4. Si enim lucris futuri. quam accipientis pecora concedis
æquivalent æffectioni, labori, industria, aliisque ope-
ribus ab accipiente præstitis, ut æquivalere potest, nulla est
radix vnde iniustitia oriri possit. Neque verum est 20 in
contractu mutuum intervenire. cum dominium pecorum non
transeat in accipientem, sed illa possit tanquam propria

vindicare, & suo tempore repetere, neque accipiens valet ea
pro libito distrahere.

Hinc inferre potes licitum esse posse illum contractum,
quo rustico traderes pecora custodienda sub obligatione, vt
ea integra haberet, & loco demortuorum alia substitueret,
designata ipsi ex fructibus congrua portione, que tum laboris
Mol. & Laym. loc. cit.

PUNCTUM VII.

Quæ expensæ, quæque damna ex communibus bonis societatis solvi debent?

- 1 Expensæ ex communibus bonis extrahi debent.
- 2 An integra expensæ ex communibus bonis solvenda sint, an
vero detractis iis que domi infumeres?
- 3 An pro conservandis, & vendendis mercibus, lucroque ac-
quirendo si non suppetant bona societatis debet petere
mutuo ab amico, vel propria expensæ? Distinguitur
respondetur.
- 4 Damna que causa societatis tibi contigerint inter amicos so-
cios reparari debent.
- 5 Si damnum occasione societatis tibi non obveniat, non tene-
tur socii reparare.
- 6 Idem quod dictum est de damnis & expensis dicendum est
de debitis contrariet.
- 7 Superiora procedunt in respectu societatis contractus, sed si aliter
conventum sit illud servandum.

Quod attinet ad expensas, quæ insumptæ fuerint in
emendis mercibus, custodiendis, conservandis, ven-
dendis &c. ex communibus bonis extrahi debent, cum hæc
directè in bonum societatis expensæ fuerint. Vnde ea quæ
socius, etiam famuli extra propriam domum expendunt
in cibo, & potu, de portatione hospitum, med. camentis, si fortè
infirmetur ex societatis bonis desumere poterit. Vt constat
ex leg. cum duobus. §. 1. damna & §. si que ex sociis. Digesti. pro So-
cio. & leg. regia. 16. tit. 10. par. 5.

Sed an integræ expensæ ex communibus bonis solvenda
sint, An verò detractis iis que domi infumeres? Variant
Doctores. Nam Syluest. verbo societatis. 1. q. 12. Angel. 2. 2.
Armilla n. 10. Maior 4. d. 1. §. 9. 47. Reb. lib. 1. q. 7. 2. affir-
mativam partem tuerunt, quia expensæ aliàs domi facien-
das, si negotiationi non incumbere deberes ex propriis ex-
pendere. Ergo in ista societate debet hoc onus in socios ten-
dere, cum non sint sumptus causa societatis præstiti, aliàs do-
mi negotiationi incumbens poples sumptus ex communibus
bonis decerpere, quod nullus admittit.

Nihilominus contrarium sententiam non improbabili-
ter asserunt Navarr. c. 17. num. 283. Molin. disp. 418. Lessius c. 2. §.
dub. 4. n. 35. Layman. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. c. 20. §. 5. 2. a.
verbo societatis. n. 4. Moueatur quia lex. cum duobus. §. qui am sa-
gariam. lex si frater. §. si quis ex sociis, lex secundum Iulianum.
Digesti. pro socio. & lex. 16. tit. 10. par. 5. expressè cauent socio
ad negotiationem extra domicilium proficiscenti expensas
ex bonis societatis soluendas esse: superflua autem effectura
legum decisio, si solum expensas causa societatis tantum
factas leges intelligerent, hæc enim etiam negotio domi
solvi debent. Quapropter credendum est ad incommoditati-
tem itineris leges concessisse has expensas vitæ id quod
aliàs debitum erat.

Sed an pro conservandis, & vendendis mercibus, lucro-
que acquirendo, cum non suppetant bona societatis, debet
petere mutuo ab amico, vel propria expensæ? Doctores
non conveniunt. Dicendum tamen est pro lucro præter
acquirendo neque ex charitate, neque ex iustitia te esse obliga-
tum, non enim teneris proximi lucrum quærere tuorum bo-
norum iactura. Neque contractus societatis obligat negotia-
tionem incumbere per alia bona quam quæ in societatem
tributa sunt. Vt advertit Reb. lib. 1. q. 7. m. 8. Pro damno
verò vitando, quod times probabiliter evenitum, nisi ex pro-
prietis, aut mutuo acceptis aliquid infumeres, si id leve est, &
facile restituere potes absque dubio obligaris ex charitate,
hæc enim te obligat alienum damnum grane vitare, cum fa-
cile possis. Vt docuit Reb. supra. Ex iustitia autem negat
ipse Reb. te teneri, quia obligatio iustitia ex contractu
nascitur. Ad contractus societatis non videtur obligare socios
bono societatis consulere mutuum petendo, aut bona prop-
ria expendendo. Sed rectius id affirmant Mol. disputat. 418.
post. med. Lessius cap. 2. §. 5. dub. 2. §. num. 36. Paul. Layman. lib. 3.
sum. sect. 5. tract. 4. cap. 20. num. 5. quia ex vi societatis teneris
eam diligentiam prestare in bonis societatis conservandis,
& expendendis, quam quilibet cordatus in suis bo-
nis propriis exhiberet, aliàs conferentur tua culpa saltem
proleu perire. At quilibet cordatus, vt granem bonorum pro-
prietiorum iacturam vitare, sustineret mutui petitionem, &
aliorum